



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Appendix. Quoad principia generalia in controversiis fidei secundùm
methodum Veronianam.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54773)

stricti substantialibus religiosi ordinis votis, turpiter apostatarunt.

Appendix.

*Quoad principia generalia in controversiis fidei
secundum methodum Veronianam.*

A P. Francisco Veron, qui fuit à Societate JESU celebris in Gallia controversista, hæc Methodus nomen accepit, tractat illam fusè, & dein ejus habetur compendium, consistit autem generatim in eo, ut (cùm Sectarii debeant ex possessione ejicere dogma quodcunque fidei, quod à longis retro sæculis amplexa est Ecclesia Romano-Catholica ante illorum ab eadem separationem) ut inquam Catholicus se semper manuteneat in possessorio, & sectarium adigat ad Actoris partem agendam, & quidem ex solo scripto Dei verbo. Cùm id in ejusdem principis sit sola & adæquata in articulis fidei regula. Ego quatuor mihi adaptavi Methodos quoad quatuor principaliora puncta, de quibus non eodem tamen modo sparsim in hoc libello egi, *1^{um} est* ratione verbi divini traditi. *2^{um}* Ratione verbi divini scripti. *3^{ium}* Ratione vulgaræ à Catholicis receptæ, & Bibliorum ab Heterodoxis impressorum. *4^{um}* Ratione prætensæ reformationis, quibus demum alia solida adnectam.